

**Disquisitio decreti Sacræ Congregationis  
eminentiss. et reverendiss. : S.R.E.  
cardinalium a SS. D.N. Urbano Papa VIII  
Sanctaque Sede apostolica ad indicem  
librorum, ... d. 19.Martij 1633 ...**

<S.l.>  
1633

# EOD – Millions of books just a mouse click away! In more than 10 European countries!



## Thank you for choosing EOD!

European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook.

## Enjoy your EOD eBook!

- Get the look and feel of the original book!
- Use your standard software to read the eBook on-screen, zoom in to the image or just simply navigate through the book
- *Search & Find:* Use the full-text search of individual terms\*
- *Copy & Paste Text and Images:* Copy images and parts of the text to other applications (e.g. word processor)\*

\* Not available in every eBook.

## Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions provided by the library owning the book.


- Terms and Conditions: <http://books2ebooks.eu/odm/html/nls/en/agb.html>

## More eBooks

Already more than 30 libraries in over 12 European countries offer this service.

Search books available for this service: <http://search.books2ebooks.eu>

More information is available at <http://books2ebooks.eu>



Kungl. Biblioteket  
STOCKHOLM

Teol.

Kyrkov.

Fest.  
Polem

DISQVISITIO  
 DECRETI SACRÆ  
 CONGREGATIONIS  
 EMINENTISS. ET REVEREN-  
 diff. S. R. E. Cardinalium à SS.  
 D. N. VRBANO Papa VIII.  
 sanctaque Sede Apostolica ad  
 indicem librorum, eorudem-  
 que permissionem, prohibitio-  
 nem, expurgationem, & impres-  
 sionem in vniuersa Rep. Chri-  
 stiana specialiter deputatorum,  
 d. XIX. Martij M. DC XXXIII.

*AD EMINENTISSIMOS ET REVE-  
 rendiss. Cardinales ipsi sacræ Congrega-  
 tioni prefectos ac deputatos.*

\*†\*†\*  
 \*†\*

M. DC XXXIII.



## DISQUISITIO

DECRETI SACRÆ CON-  
gregationis eminentiff. & re-  
uerendiff. S. R. E. Cardinalium  
à SS. D. N. VRBANO Papa VIII.  
sanctæque Sede Apostolica ad  
indicem librorum eorundem-  
que permissionem, prohibitio-  
nem, expurgationem, & impres-  
sionem in vniuersa Rep. Chri-  
stiana specialiter deputatorum.

*Ad eminentissimos & reuerendiss. Car-  
dinales ipsi sacræ Congregationi præ-  
fectos ac deputatos.*

**C**Vm primum nobis allatum est  
Decretum d. XIX. mensis Martij,  
Eminentiff. Cardinales, cœperunt de  
illo varij spargi rumores, aliis subdi-  
tium esse contendentibus, aliis, ob  
vestri nominis & auctoritatis Apostoli-

eæ reuerentiam, assensum cohibenti-  
 bus. In hac opinionum diuersitate,  
 cum hi indignarentur, illi tacerent; in  
 eo tamen conueniebant, inquirendum  
 prius, à quibus, & vnde in Galliam  
 perlatum esset, quam de illo quisquam  
 ita vt affectus erat pronunciaret. Nam  
 si constaret ab ea auctoritate quam vo-  
 bis summus Pontifex summam trans-  
 didit esse profectum, rem esse arcani  
 consilij: Sin autem, quod plerique sub-  
 senserunt, eò venissent audaciæ non-  
 nulli, vt obiecto splendore vestri no-  
 minis bonis ac simplicibus illuderent,  
 tam insolens facinus dissimulari non  
 oportere. Quæ cum vltro citroque ia-  
 ctari, & his grauiora paulatim addi vi-  
 derem, nihil me temerè sed pro ma-  
 gnitudine rei sapienter & consultò fa-  
 cturum putavi, si vos in rei Christianæ  
 eminentissima specula collocatos com-  
 monefacerem, non quid de illo decre-  
 ro sentiam, cum ei iudicium meum nec  
 interponere velim, nec debeam, sed  
 quid de illo Episcopi, quid Theologi  
 nostrates, eruditi denique omnes vul-  
 go iactitent. Qui acute coniciunt, de-

cretum istud aiunt vestrum non esse: aut si vestrum est, Episcopi Chalcedonensis aduersarios à vobis illud, quibus solent modis, abstulisse. Quod enim vox Chalcedonensis initio sola ponitur, suppressio nomine Episcopi, cum est per se indignum, tum certissimum indicium est, decretum illud ex eorum sentina manare, vnde tot probra & contumeliæ in Episcopos Gallix & Facultatem Theologorum Parisiensium nuperrimè proruperunt. Cui enim ius ac potestatem ordinariam negant, huic Episcopi quoque nomen adimunt. Quid porro causæ est, inquiunt, quod cum a. d. xix. Martij factum sit, nondum tamen in campo Floræ fuerit promulgatum? Cur Apostolicæ cameræ typis impressum, & in exteris orbis regiones transmissum, ante quam Romæ, in illo Christianarum legum domicilio, visum sit vel auditum? Quæ ista rei tanta nouitas? aut quid tam arcatum later, vt vos, qui ordine, momento, & iudicio cuncta disponitis & agitis, ordinem & consuetudinem vestram hæc in re neglexeritis? Nisi forte

experiundi causa factum dicitur, quam non iniquo animo illud accepturi essent homines, Galli præsertim, apud quos decretoriis Episcoporum censuris tota illa causa iugulata est. Nam si æqui boni scitum illud vestrum facerent, tum Decreti tabulas in cæpo Floræ figendas: sin repudiarêt, pro nihilo habèdas. Iam si edictû ipsum totum ad rationem vestri Senatus, & Ecclesiæ disciplinam perpendatur; insolitum reperietur, & in omni memoria inauditum. Quo enim exemplo supprimitis, supprimendaque decernitis, quæ Episcopi Galliæ, quæ Parisiensis Archiepiscopus, quæ Theologi Parisienses de Anglicanis libris piè & religiosè sanxerunt, censuerunt? Addunt qui non dissimulanter loquuntur; qua auctoritate? qui obscurius; quo consilio? Nam retractari quandoque fidei causas à summo Pontifice et si nemo inficiabitur: supprimit tamen sine cognitione & iudicio quis feret? A Congregatione verò, quæ nihil de meritis causæ, nihil de doctrinâ, mala sit an bona, statuere se profitetur, gra-

uissimum & sanctissimum Episcoporum iudicium in maxima Ecclesiae causa supprimi, res est, inquit, inauditi exempli, auctoritatis infinitae, consilij periculosi. Nam de priuatorum libris, qui de controuersis Anglicanis editi sunt, verba tantum fieri, nemo sibi persuasurus est, qui legerit *supprimi* non tantum *libros illos, & tractatus, sed & alia quaecunque quouis idioma, & ubi-  
cunq; impressa, siue manu duntaxat exarata,* <sup>a</sup> *quae ad predictas controuersias spectare, aut quacunque ratione directè vel indirectè trahi possunt, siue occasionaliter & mediatè quomodolibet attingunt.* Supprimendum est igitur quod nostri nos Episcopi & Doctores docuerunt: <sup>a</sup> *Priuelegia Regularium à summo Pontifice posse reuocari, Et,   
b* *Superiores Regularium non esse digniores Episcopis:* Aut si quis hanc esse veram & constantem Ecclesiae disciplinam scripto posthac defenderit, anathematis ei periculum continuo metuendum sit? Si vero iisdem auctoribus adducibus asserimus, <sup>c</sup> *Necessarium esse in Ecclesia particulari Episcopatum:* <sup>d</sup> *Catholicos chrismate unctos in Baptismo licet ab*

<sup>a</sup> Censur. propositio-  
num qua-  
rundam ex  
Hibernia  
delatarum  
per sacram  
Theolog.  
Facultatem  
Parisiens.  
pag. 12 pro-  
pos. xi.  
<sup>b</sup> Ibid. pag.  
11. propos.  
vii.

<sup>c</sup> Censura  
propositio-  
nū collecta-  
rum ex libro  
Daniclis à  
Iesu, p. 40.  
<sup>d</sup> Ibid pag.  
42. 43. & 44.

*Episcopo non confirmatos non esse plenè Christianos in sensu Patrum; adeoque Anglos Catholicos qui baptizantur ritu Catholico, vel qui recipiunt ceremonias baptismi, confirmati autem non fuerint ab Episcopo, non fuisse nec esse perfectè Christianos omnimodo, num diris Põrificiis digni statim habebimur? Censuerunt idè, Chrismationè baptismalem institutam non fuisse ab Ecclesia ad supplendam significationem Episcopalis chrismatism, & eius effectum; & posteaquam instituta est nihilominus chrisimationem quæ fit ab Episcopo in sacramento Confirmationis tam esse necessariam quam fuit antea: Declararunt hanc propositionem, Patet quod confidentia in confirmationis virtute importare possit magnum periculum animabus, absolute prolatam, falsam esse, piarum aurium offensivam, blasphemam, sacramento & providentiæ Christi maximè contumeliosam: Hæc si loquimur, si defendimus, nos eodem loco ac numero quo qui contraria scripserunt habebimur? Dirum fulmen, quod tam sacris quam profanis intenditur! Sed va mihi si non euangelizauero, inquit Apostolus. Itaque non tam nobis*

Ecclesie doctrinam scribentibus ac  
 prædicantibus, quàm eam tacentibus  
 ac supprimentibus, pœna meruenda.  
 Hæc & alia priuatim ac publicè, domi  
 ac foris, de edicto illo iactantur. Qui-  
 bus vt prospiciatis etsi nullius egetis  
 admonitu, Cardinales Eminentiss. ani-  
 mum tamen laudabitis, opinor, eius,  
 qui saltem periculum, de quo inaudit,  
 vobis ante denunciat. Nam si *adverse*  
*partis libros, tractatus, eorumve auctores,*  
*heresis vel male doctrine notâ, seu alia qua-*  
*cunque afficere non licet, eiusque decre-*  
*ti sequenda est auctoritas: vt de nobis*  
 triumphaturi sunt hæretici, cum au-  
 dient Episcoporum & Theologorum  
 nostrorum nomen contaminatissimis  
 libellis infamatum non modo non vin-  
 dicari ab illo dedecore, quæ sunt par-  
 tes summi Pontificis, sed à S. R. F.  
 Cardinalibus cautum esse, nequis in-  
 terim eorum libellorum auctores pau-  
 lo durius appellet, aut illorum doctri-  
 nam malam esse pronunciet? Cum in  
 Querimonia Ecclesie Anglicanæ il-  
 lustrissimos Gallie Episcopos *Pilato*  
 impiè comparari, quòd iis Anglicani

- 2 Spong 2.  
 edition. pag.  
 3 & pag 6.  
 3 Pag 67.  
 4 Pag 69.  
 5 Pag 74.  
 6 Pag 99.  
 7 Pag 181.  
 8 Vindic.  
 Smithæi in  
 Epistola de-  
 dicatoria  
 pag 1.  
 9 In præfat.  
 ad lectorem  
 pag 2.  
 10 Ibid. pag.  
 17.  
 11 Ibid pag.  
 21.  
 12 Inrefu-  
 tatione cen-  
 suræ pag. 45.  
 13 pag 13  
 14 pag. 56.  
 15 pag 61.  
 16 pag. 75.  
 17 pag. 164.  
 18 pag 181.  
 19 pag 167.  
 20 pag 268.  
 21 pag 278.

libri, vt Pilato Christus Dominus,  
 oblari fuerint, aliâque istiusmodi le-  
 gent aduersus illos immanis petulantiæ  
 plenissima: Cum in Spongia Loemelij  
 Theologos nostros audient <sup>2</sup> *lupos dici*  
<sup>3</sup> *ac Lupercos*, <sup>3</sup> *Cerbero similes qui gutture tri-*  
<sup>4</sup> *fauci imanes territat umbras*, <sup>4</sup> *stupidos*, <sup>5</sup> *e-*  
<sup>6</sup> *iusdemque cum Caluino palati*, <sup>6</sup> *mon-*  
<sup>7</sup> *stra*, <sup>7</sup> *censores*, qui errores, scandala, he-  
<sup>8</sup> *reses crepant*: in Vindicis Smithæi  
<sup>8</sup> *Sycophantas*, <sup>9</sup> *discordiarum in Eccle-*  
<sup>10</sup> *sia Dei architectos*, <sup>10</sup> *impiè & ex malitia*  
<sup>11</sup> *errantes*, <sup>11</sup> *in quorum sinu foueantur schis-*  
<sup>12</sup> *mata*, & apud quos solos etiamnum vigeat  
<sup>13</sup> *cathedra pestilentie*, <sup>12</sup> *profanos & carnales*  
<sup>14</sup> *homines*, <sup>13</sup> *versipelles sophistas*, <sup>14</sup> *spermoto-*  
<sup>15</sup> *gos*, <sup>15</sup> *homines ad miraculum maleuolos*,  
<sup>16</sup> *nugatores*, & <sup>17</sup> *falsarios more suo*, <sup>18</sup> *ve-*  
<sup>19</sup> *teratores*, <sup>19</sup> *sensum planè hereticum habent-*  
<sup>20</sup> *es*, <sup>20</sup> *tricatores*, <sup>21</sup> *qui pro libito suo Conci-*  
<sup>21</sup> *lij quidlibet imponendi arroganter usur-*  
<sup>22</sup> *pant potestatem*: cū inquam totam hanc  
 maledictorum spurcissimam fecem au-  
 dient, quam tamen per Cardinali-  
 tium edictum donec ea de re summus  
 Pontifex pronunciarit, improbare non  
 liceat: quid de nobis existimaturi sunt

homines alioquin Ecclesiæ Romanæ iamdudum infensi atque inimici? Quod si in eorum manus pestifera & execrabilis illa Censura peruenerit, qua Symbolum Apostolorum sanctissima regula nostræ fidei, in profanos & impios sensus detortum est, quâ Episcopi Galliæ & Sorbonici Theologi *peruersi veritatis & auitæ pietatis hostes* appellatur: constiteritque Romæ decretum esse, nequis ante summi Pontificis definitionem inquinatissimum illud scriptum malæ doctriinæ notâ afficere audeat: an non repente gestient, ac tam præclaram sibi datam esse criminandi nostri occasionem gaudebunt? Multa his acerbiora sibi decreto isto parari sentiunt Ecclesiæ nostræ Antistites, quæ vos pro vestra sapientia, vt speramus, amoliamini. Non enim patietur summus Pontifex hanc tantam Ecclesiæ & Episcopatus labem inferri, aut Christi populum incerta opinione confundi. Falsitatem notabit edicti: subiectoris fraudem aperiet, suamque veritati lucem restituet. Sin aliud comperietur, efficiet sanè vt summam il-

lam in moderanda re Christiana prudentiam magis magisque miremur, & nos eius potentissimo nutu à maledicorum hominum petulantia tutos esse gratulemur.

† †  
†

Sacra  
ren  
lin  
su  
bro  
lit  
in  
put  
C  
nulla  
fion  
que  
tin  
do  
tion  
ritat  
enel  
Chr  
dam  
licis  
9. O  
Pap  
tenu  
& lib

## DECRETVM

*Sacrae congregationis Eminentiss. & Reuerendiss. Dominorum S. R. E. Cardinalium à SS. D. N. Urbano Papa VIII. sanctaeque Sede Apostolica ad indicem librorum eorundemque permissionem prohibitionem expurgationem & impressionem in vniuersa Rep. Christiana specialiter deputatorum ubique publicandum.*

**C**VM inter Chalcedonensem & Regulares Angliae proximis hisce annis nonnullae controuersiae ortae sint, & harum occasione varij libri euulgati, in quibus qui vtriusque partis opinionem sequuntur, plures contineri propositiones contendunt Catholicae doctrinae repugnantes, non sine perturbatione publicae quietis & scissurae fraternae charitatis: Propterea S. Congregatio indicis ad euellenda radicitus semina discordiarum, & Christianam pacem inter fideles stabilendam, literarum Apostolicarum tam quae à felicis recordationis Clemente Papa VIII. sub 9. Octob. 1592. quam quae à S. D. N. Urbano Papa VIII. sub 5. Maij 1631. ad huiusmodi contentiones in Anglia incitatas supprimendas, & libros prohibendos emanarunt, & ad alias

nationes nondum peruenierunt, auctoritatem sequuta, decreuit, omnes ac singulos libros, tractatus, & alia quaecumque quouis idioma- te & vbiunque impressa, siue manu duntaxat exarata quæ ad prædictas controuersias spectare, aut quacunque ratione directè vel indirectè trahi possunt, siue præfatas contentiones principaliter & immediatè, siue occasionaliter & mediatè quomodolibet attingunt, *supprimenda*, prout præfati decreto omnino *supprimi*, mandans omnibus & singulis toto orbe fidelibus cuiuscunque status conditionis præminentia & dignitatis sub pœna excommunicationis ipso facto absq; alia declaratione incurrèda, à qua nõ nisi à S. Sede Apostolica præterquam in mortis articulo absolui possint, ne vllus in posterum imprimere, manu scribere, aut quouis modo de iis rebus tractare aut disputare, aut quæstiones mouere audeat. Ne quis autem ex hoc decreto alios criminandi vel exprobrandi occasionem aliquam arripiat: Eadem sacra Congregatio expressè declarat se in presentia non intendere aliquid de meritis causæ statuere, vel vlli auctori aut operi ignominiam aliquam aut notam malæ doctrinæ inferre, sed iudicium horum omnium Apostolicæ Sedi in opportunum tempus reseruans, nunc præcipit ne quis aduersæ partis libros, tractatus, eorùmve auctores hæresis vel malæ doctrinæ notâ seu alia quacunque ante sedis Apostolicæ definitio-

nem verbo vel scripto deinceps afficiat. In  
 quorum omnium & singulorum fidem manu  
 & sigillo Eminentissimi & Reuerendissimi D.  
 Cardinalis Pij sacrae Congregationis praese-  
 cti praesens Decretum signatum & munitum  
 fuit. Romae die 19. Martij 1633.

C. Episcop. Portuenfis, C. Privs.  
 Locus † sigilli.

F. IOANNES BAPTISTA MORINVS ordinis  
 Praedicatorum S. C. Secretarius.


Romae ex Typographia Reu. Camerae Apo-  
 stolicae 1633.

non videri vel scripto deo... officio. In  
dicitur et non in...  
et non in...  
et non in...  
et non in...

C. Episcopus...  
Locus...  
F. Iohannes...  
Rector...  
Rome ex Typographia...



del  
re  
Eu  
Eu  
O  
pl  
pr  
go  
re  
pa  
&  
vi  
de  
pl  
pr  
qu





[www.books2ebooks.eu](http://www.books2ebooks.eu)